



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm  
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

**Sanderus, Antoine**

**Antverpiae, 1625**

Condedvs Monachvs In Blandinio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10172**

dicio contingent me sacrum tanti Martyris corpus vene-  
rari præsentem, cuius visendi gratiâ Carthaginem lu-  
bens perrexisse. Hactenus Haius.

## COLVMBANVS

*Gandau.*

V

**Q**UARTO nonas Februarij anno nongentesimo quin-  
quagesimo septimo, reclusio Columbani Abbatis  
Hiberniensis, viri sanctissimi, in Cæmeterio Gandensis  
Cœnobij, ubi post biennium obiit & in cripta B. Mariæ  
ante altare B. Andreæ sub arcu lapideo requiescit. Obitus  
in libris rubœ vallis notatur decimo quinto Kalendis  
martij. Ita Molanus ex Chronico cœnobijs Gandensis. Fit  
& Columbani mentio in Catalogo Sanctorum Hiberniarum, quem  
P. Henricus FitzSimon Societatis Iesu Theo-  
logus, natione Hibernus contexuit sanè luculentum,  
ac illustrium Sanctorum nominibus splendidum & abun-  
dantem.

## CONDEDVS MONACHVS

*In Blandinio.*

C

**D**E Condedo in historia Ecclesiastica narrat Guliel-  
mus Gazæus in sanctis dioecesijs Gandauensis,  
fuisse Anglum natione ac Religiosum Monasterij Fon-  
tanellentis sub Abbe sanc-to Lamberto. Reliquias eius  
è Bononia cum S. Wulfrannij & aliorum delatas ad D.  
Petri Abbatiam in monte Blandinio sitam. In quo cele-  
bris eiusdem etiam diui olim fuit memoria.

CHRI

H CHRYSO-

